

I. classis

Feria Secunda Hebdomadae Sanctae



AD VESPERAS


Incipit




∩. De-us ✠ in adju-tó-ri-um me-um inténde.




℞. Dómi-ne ad adjuvándum me festí-na.



Gló-ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc,



et semper, et in saécu-la saecu-ló-rum. Amen. Laus ti-bi Dómi-ne Rex aetérnae




gló-ri-ae.

Psalmi

1G2

Incli-ná-vit Dóminus * aures su- am mi-hi. E u o u a e.



1. Di-lé-xi, quóni- am ex-**áudi-** et **Dóminus** * vo-cem o-ra-ti- *ónis* **me-æ**.

2. Quia inclinávit aures **suam mihi:** * et in diébus meis *invocábo*.

3. Circumdedérunt me dolóres **mortis:** * et perícula inférni *invenérunt* me.

4. Tribulatiónem et dolórem **inveni:** * et nomen Dómini *invocávi*.

5. O Dómine, líbera ánimam meam: † miséricors **Dóminus,** et **justus,** * et Deus noster *miserétur*.

6. Custódiens **párvulos Dóminus:** * humiliátus sum, et *liberávit* me.

7. Convértere, ánima mea, in **réquiem tuam:** * quia Dóminus *benefecit tibi*.

8. Quia erípuit ánimam meam de morte: † óculos **meos a lácrimis,** * pedes meos *a lapsu*.

9. Placébo **Dómino** * in *regiõne vivórum*.


10. Glória **Patri,** et **Fílio,** * et **Spirítui Sancto**.


11. Sicut erat in princípio, et **nunc,** et **semper,** * et in *sácula sæculórum*. Amen.

1G2


Incli-ná-vit Dóminus * aures su- am mi-hi.

Psalmus 115

3G

Vo-ta me- a * Dómino reddam co-ram omni pópu-lo e- jus. E u o u



a e.



1. Cré-di-di, propter **quod** locútus sum: * e-go autem humi-li- á-tus sum **nimis**.

2. Ego dixi in excéssu **meo**: * Omnis *homo* **mendax**.

3. Quid retríbuiam **Dómino**, * pro ómnibus, quæ retríbuit **mihi**?

4. Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini *invocábo*.

5. Vota mea Dómino reddam coram omni **pópulo** ejus: * pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus:


6. O Dómine, quia ego **servus tuus**: * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

7. Dirupísti víncula mea: † tibi sacrificábo **hóstiam laudis**, * et nomen Dómini *invocábo*.

8. Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis **pópuli** ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui, *Jerúsalem*.

9. Glória **Patri**, et **Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

10. Sicut erat in princípío, et **nunc**, et **semper**, * et in sácula sæculórum. **Amen**.




o-ta me-a * Dómino reddam co-ram omni pópu-lo e-jus.

Psalmus 119



lamá- vi, * et Dóminus ex-audí-vit me. E u o u a e.



1. Ad Dóminum cum tri-bu-lá-rer clamá-vi: * et **exaudí**-vit me.

2. Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, * et a **lingua dolósa**.

3. Quid detur tibi, aut quid apponátur **tibi** * ad **linguam dolósam**?

4. Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus **desolatóriis**.

5. Heu mihi! quia incolátus meus prolongátus est: † habitávi cum habitántibus **Cedar**: * multum íncola fuit **ánima mea**.
6. Cum his, qui odérunt pacem, eram **pacíficus**: * cum loquébar illis, impugnábant me **gratis**.
7. Glória **Patri**, et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.
8. Sicut erat in princípío, et **nunc**, et **semper**, * et in sácula sæculórum. **Amen**.

7B


 lamá- vi, * et Dóminus ex-audí-vit me.

Psalmus 120

1F

 u-xí- li- um me- um * a Dómi-no, qui fe-cit caelum et ter-ram. E u o


 u a e.



1. Le-vá-vi ócu-los **me-os** in **montes**, * unde vé-ni- et auxí-*li- um* **mi**-hi.
2. Auxílium **meum** a **Dómino**, * qui fecit *cælum et terram*.
3. Non det in commotiónem **pedem tuum**: * neque dormítet *qui custódit* te.
4. Ecce, non dormitábit **neque dórmi**t, * qui *custódit* **Israël**.
5. Dóminus custódit te, Dóminus **protéctio tua**, * super manum *déxteram tuam*.
6. Per diem **sol** non **uret** te: * neque *luna per noctem*.
7. Dóminus custódit te ab **omni malo**: * custódiat *ánimam tuam* **Dóminus**.
8. Dóminus custódiat intróitum tuum, et **éxitum tuum**: * ex hoc nunc, et *usque in sáculum*.
9. Glória **Patri**, et **Fílio**, * et **Spirítui Sancto**.

10. Sicut erat in principio, et **nunc**, et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.

1F
A u-xí- li- um me- um * a Dómi- no, qui fe- cit caelum et ter- ram.




Psalmus 121

4G
L aetá- tus sum * in his quae dicta sunt mi- hi. E u o u a e.



Quæ non repetitur in Psalmo



1. Læ- tá- tus sum in his, quæ dicta sunt **mi**-hi: * In domum Dómi- ni í- bimus.

2. Stantes erant *pedes* **nostri**, * in átriis tuis, Jerúsalem.

3. Jerúsalem, quæ ædificátur ut **cívitas**: * cujus participátio ejus in idípsum.

4. Illuc enim ascendérunt tribus, *tribus* **Dómini**: * testimónium Israël ad confiténdum nómini **Dómini**.

5. Quia illic sedérunt sedes *in* **judício**, * sedes super domum **David**.

6. Rogáte quæ ad pacem *sunt* **Jerúsalem**: * et abundántia diligéntibus te:

7. Fiat pax in virtúte **tua**: * et abundántia in túrribus **tuis**.

8. Propter fratres meos, et próximos **meos**, * loquébar pacem **de** te:

9. Propter domum Dómini, *Dei* **nostri**, * quæsívi bona **tibi**.

10. Glória *Patri*, et **Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

11. Sicut erat in principio, et *nunc*, et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.


4G
L aetá- tus sum * in his quae dicta sunt mi- hi.



Capitulum Responsorium Versus

Ier 11:20


Tu autem, Dómine Sábaoth, qui iúdicas iuste, † et probas renes et corda, vídeam ultiónem tuam ex eis: * tibi enim revelávi causam meam, Dómine, Deus meus.




R. De- o grá-ti- as.

Hymnus


1
V



e-xíl- la Re- gis pró- de- unt: Fulget Cru- cis mysté- ri- um, Qua vi- ta



mor- tem pér- tu- lit, Et mor- te vi- tam pró- tu- lit. 2. Quae vul- ne- rá- ta lán- ce-




ae Mucróne di- ro, críminum Ut nos la- vá- ret sór- di- bus, Ma- ná- vit unda et




sánguine. 3. Implé- ta sunt quae cón- ci- nit Da- vid fi- dé- li cármi- ne, Di- cén- do




na- ti- ó- ni- bus: Re- gná- vit a ligno De- us. 4. Arbor de- có- ra et fúl- gi- da, Or-




ná- ta Re- gis púrpu- ra, E- lécta digno stí- pi- te Tam san- cta membra tángé-




re. 5. Be- á- ta, cu- jus brá- chi- is Pré- ti- um pepéndit saécu- li: Sta- té- ra fá- cta



cór- po- ris, Tu- lít- que prae- dam tárta- ri. 6. O Crux a- ve, spes ú- ni- ca, Hoc Pas-




si- ó- nis témpo- re: Pi- is adáu- ge grá- ti- am, Re- í- sque de- le crími- na. 7. Te,




fons sa- lú- tis Trí- ni- tas, Colláudet omnis spí- ri- tus: Quibus Cru- cis victó- ri-



am Lar- gí- ris, adde praémi- um. A- men.



¶ Éri-pe me, Dómi-ne, ab hómi-ne ma-lo.



¶ A vi-ro i-níquo é-ri-pe me.


Magnificat

4-ALT-A


N



on habé-res * in me po-te-stá-tem, ni-si dé-super da-tum ti-bi fu-ís



set. E u o u a e.



1. Magní-fi-cat * á-ni-ma me-a **D**óminum.

2. Et exsultávit spíritus **meus** * in Deo salutári **meo**.

3. Quia respéxit humilitátem ancillæ **suæ**: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

4. Quia fecit mihi magna qui **potens** est: * et sanctum nomen **ejus**.

5. Et misericórdia ejus a progénie *in progénies* * timéntibus **eum**.

6. Fecit poténtiam in bráchio **suo**: * dispérsit supérbos mente cordis **sui**.

7. Depósuit poténtes *de sede*, * et exaltávit **húmiles**.

8. Esuriéntes implevit **bonis**: * et dívites dimísit *inánes*.

9. Suscépit Israël púerum **suum**, * recordátus misericórdiæ **suæ**.

10. Sicut locútus est ad *patres nostros*, * Abraham et sémini *ejus in sæcula*.

11. Glória Patri, et **F**ílio, * et Spíritui **S**ancto.

12. Sicut erat in principio, et *nunc*, et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.


4-ALT-A

N




on habé-res * in me po-te-stá-tem, ni-si dé-super da-tum ti-bi fu-ísset.

Oratio



Ÿ. Dominus vo-bís-cum.




℞. Et cum spí-ri-tu tu- o.

Orémus.


Adiuva nos, Deus, salutáris noster: † et ad benefícia re-colénda, quibus nos instauráre dignátus es, tribue veníre gaudéntes.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, * per ómnia sæcula sæculórum.




℞. Amen.


Conclusio




Ÿ. Dominus vo-bís-cum.



℞. Et cum spí-ri-tu tu- o.




♯. Bene-dí-cámus Dómi-no.



℞. De-o grá-ti- as.



♯. Fi-délium á-nimæ per mi-ser-i-córdiam De- i requi-éscant in pa-ce.



℞. Amen.